



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

XLVI. Vt episcopus in dioecesi factus, solum eam plebem teneat, in qua  
extitit ordinatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

cessarium episcopatus quis habet presbyterum, & vnum (vt dixisti frater) habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debet. Postumianus episcopus dixit: Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subuenire. Aurelius episcopus dixit: Sane, quomodo ecclesie alterius tu subueneris, persuadetur illi qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

## XLVI.

Afric. c. 23.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Audiuius constitutum, vt dioeceses non mereantur episcopos accipere, nisi cum consensu eius, sub quo fuerint constituta. Sed in prouincia nostra, cum aliqui forte in dioecesi (concedente eo episcopo, in cuius potestate fuerant constituta) ordinati sunt episcopi, etiam dioeceses sibi vindicant. Hoc & corrigi caritatis vestrae iudicio, & inhiberi de cetero debet. Epigonius episcopus dixit: Singulis episcopis seruatum est quod decebat, vt ex massa dioecesium nulla caperetur, vt proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si consenserit, vt eadem dioecesis permessa proprium tantum episcopum habeat, & ceteras sibi non vindicet dioeceses, quae exempta de fasce multarum, sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aurelius episcopus dixit: Non dubito caritati vestrae omnium placere, eum qui in dioecesi, concedente episcopo qui matricem tenuit, solam eandem retinere plebem, in qua fuit ordinatus.